



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

VIII. Henning und Anselm von Blankenburg überlassen dem Kloster  
Seehausen alle ihre Besitzungen und Rechte in Seelibbe, am 28. Oktober  
1319.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

pecunia pro choro quolibet cum proprietate quatuordecim marce argenti brandenb. et ponderis, De quibus ipsas quitas simpliciter in litteris presentibus nunciamus. In cuius nostri contractus validiorem stabilitatem et robur perpetuum, hanc litteram dari iussimus, sigillo nostro de certa nostra sciencia sigillatam per seculorum secula valituram. Testes ad hoc vocati sunt Nobiles viri dominus Hermannus de Barby, Guntherus, comes de keuerenberg, dapifer, henningus et henricus de Stegelitz, Betheko de Holscendorpp, milites, Slotheko, dyminensis prepositus, et alii fide digni. Actum et datum per manum hermanni de luchowe, nostri clerici in Prymzlauia, Anno domini Milleesimo Trecentesimo XIII, die beatorum viti et modesti martirum.

Rößen's Waldemar II, S. 509—510.

VIII. Henning und Anselm von Blankenburg überlassen dem Kloster Seehausen alle ihre Besitzungen und Rechte in Seelibbe, am 28. Oktober 1319.

Nos henningus ac anselmus, fratres, dicti de blanckenburgh, tenore presentium ad cunctorum noticiam cupimus peruenire, quod omnes possessiones, iudicia, iura, obuentiones ac exilitates, quos in villa Selubbe hactenus cognoscimus habuisse, monasterio Sehufen ex parte nostra fratrum nostrorum ac patrum nostri henningi libere ac expedite cessimus, ac presentium virtute cedimus. Renunciantes omni iuri, quod nobis nostrisque veris heredibus in predicta villa in presenti competere poterit uel futuro: pro qua cessione nobis a predicto monasterio pro nostra voluntate est plenarie satis factum. In cuius rei evidencius argumentum nostra sigilla presentibus sunt appensa, adhibitis testibus, domino frederico de eyctede, vicedomino Caminensi, Domino henningho de blanckenburch, dominis hynrico seniore ac iuniore de stegelitz ac domino Johanne de eyctede et dubzlao et her., fratribus eius, et quam plurimis fidedignis. Datum et actum printzlaw, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>., in die beatorum apostolorum Simonis et Jude.

Ans L. v. Ledebur's Abg. Archiv III, 343.

IX. Heinrich von Sysfemerow, Otto und Conrad, sowie Dieterich von Grunow versprechen dem Kloster Seehausen drei Hufen in Grunow zu überlassen, am 23. November 1328.

Nos Hinricus de Sysfemerowe, Otto et Conradus, germani, filii quondam frederici de grunow, militis, ac Theodericus, filius Conradi de Grunow, coram vniuersis presentibus profiteamur et in solidum fideque data promissimus et presentibus promittimus Honestis viris domino Hinrico, preposito de Yagow, domino Betekino de Holscendorp, militi, Henningho de Blanchenborch et Betekino, dicto Mowe, eis ex parte sanctimonialium in Sehufen tres mansos cum feudo et hereditate ac Summo iudicio, et precariam quatuor mansorum in villa Grunow libere resignandi et dimittendi ac prestare warandiam, coram inclito domino

Hauptst. I. Bd. XIII.